

aux nouveaux membres (voir ci-dessus, p. [11], n<sup>o</sup> 4, p. [12], n<sup>o</sup> 5.)

La réception dans la confrérie du Très-Saint-Sacrement est précédée souvent de la profession de foi à la présence réelle de Jésus-Christ au Très-Saint Sacrement, etc.

FORMULES POUR L'INDULGENCE DE LA BONNE MORT,  
LA BÉNÉDICTION PAPALE ET L'ABSOLUTION GÉNÉRALE.

28. — Ritus benedictionis apostolicæ in articulo mortis  
a sacerdotibus ad id delegatis impertiendæ<sup>1</sup>.

1. *Benedictio in articulo mortis cum soleat impertiri post Sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ et Extremæ Unctionis illis infirmis, qui vel illam petierint, dum sana mente et integris sensibus erant, seu verisimiliter petiissent, vel dederint signa contritionis; impertienda iisdem est, etiamsi postea lingue ceterorumque sensuum usu sint destituti, aut in delirium vel amentiam inciderint. Excommunicatis vero, impœnitentibus, et qui in manifesto peccato mortali moriuntur, est omnino deneganda.*

2. *Habens prædictam facultatem, ingrediendo cubiculum, ubi jacet infirmus, dicat: Pax huic domui, etc., ac deinde ægrotum, cubiculum et circumstantes aspergat aqua benedicta dicendo Antiphonam: Asperges me, etc<sup>2</sup>.*

3. *Quod si ægrotus voluerit confiteri, audiat illum et absolvat. Si confessionem non petat, excitet illum ad eliciendum actum contritionis; de hujus benedictionis efficacia ac virtute, si tempus ferat, breviter admoneat; tum instruat atque hortetur,*

1. Pour demander le pouvoir de donner cette bénédiction, voir t. I, p. 667. — Le pape Léon XIII, par son bref *Quo universi*, du 7 juillet 1882, a prescrit d'une manière universelle l'emploi de cette formule. Par conséquent, les formules en usage jusqu'ici dans les différents Ordres et Congrégations pour l'absolution générale *in articulo mortis* sont désormais toutes interdites, sous peine de nullité. Il est seulement permis aux religieux d'introduire le nom de leur fondateur d'Ordre dans le *Confiteor* de la formule donnée plus haut (voir t. I, p. 664 et p. 675 et suiv.).

2. Il va de soi, croyons-nous, que le salut *Pax huic domui* avec l'*Asperges me*, doit s'omettre s'il a été dit déjà, immédiatement avant l'administration du saint Viatique ou de l'Extrême-Onction.

*ut morbi incommoda ac dolores in anteactæ vitæ expiationem libenter perferat, Deoque sese paratum offerat ad ultro acceptandum quidquid ei placuerit, et mortem ipsam patienter obendam in satisfactionem pœnarum, quas peccando promeruit.*

4. *Tum piis ipsum verbis consoletur, in spem erigens, fore ut ex divinæ munificentæ largitate eam pœnarum remissionem et vitam sit consecuturus æternam.*

5. *Postea dicit :*

ÿ. Adjutorium nostrum in nomine Domini, — R. Qui fecit cœlum et terram.

ANTIPHONA. Ne reminiscaris, Domine, delicta famuli tui (vel ancillæ tuæ), neque vindictam sumas de peccatis ejus.

Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleison.

Pater noster.

ÿ. Et ne nos inducas in tentationem,

R. Sed libera nos a malo.

ÿ. Salvum fac servum tuum (vel ancillam tuam, et sic deinceps),

R. Deus meus, sperantem in te.

ÿ. Domine, exaudi..., — R. Et clamor meus...

ÿ. Dominus vobiscum, — R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS. — Clementissime Deus, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui neminem vis perire in te credentem atque sperantem : secundum multitudinem miserationum tuarum respice propitius famulum tuum N., quem tibi vera fides et spes christiana commendant. Visita eum in salutari tuo, et per Unigeniti tui passionem et mortem, omnium ei delictorum suorum remissionem et veniam clementer indulget, ut ejus anima in hora exitus sui te judicem propitiatum inveniatur ; et in sanguine ejusdem Filii tui ab omni macula abluta transire ad vitam mereatur perpetuam. Per eundem Christum Dominum nostrum. — R. Amen.

6. *Tum dicto ab uno ex clericis adstantibus Confiteor, etc.*<sup>1</sup>, sacerdos dicat : Misereatur... Deinde :

1. Comme nous l'avons fait remarquer déjà, t. I, p. 676, 16°, on peut (d'après une réponse du saint Office) réciter une seule fois le *Confiteor*, s'il est nécessaire de donner l'Extrême-Onction avec ou sans l'Indulgence à l'article de la mort, immédiatement après l'administration du saint Viatique ; autrement, on doit le répéter.

Dominus noster Jesus Christus, Filius Dei vivi, qui beato Petro Apostolo suo dedit potestatem ligandi atque solvendi, per suam piissimam misericordiam recipiat confessionem tuam, et restituat tibi stolam primam, quam in Baptismate recepisti ; et ego facultate mihi ab apostolica Sede tributa, indulgentiam plenariam et remissionem omnium peccatorum tibi concedo. In nomine Patris, † et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Per sacrosancta humanæ reparationis mysteria remittat tibi omnipotens Deus omnes præsentis et futuræ vitæ pœnas, paradisi portas aperiatur, et ad gaudia sempiterna perducatur. Amen.

Benedicat te omnipotens Deus, Pater, † et Filius, et Spiritus sanctus. Amen.

7. *Si vero infirmus sit adeo morti proximus, ut neque confessionis generalis faciendæ, neque præmissarum precum recitandarum tempus suppetat, statim sacerdos benedictionem ei impertiatur*<sup>1</sup>.

## 29. — Modus dandi benedictionem pontificiam ab Episcopis et aliis Prælatiis servandus.

EX LITTERIS APOSTOLICIS CLEMENTIS XIII, D. D. TERTIO NONAS SEPTEMB. 1762, INCIPIENT. INEXHAUSTUM<sup>2</sup>.

*Ritus et formula a Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis et Episcopis pro impertienda benedictione una cum plenaria Indulgentia post Missarum solemniam, triplici signo Crucis emisso et in episcopali throno cum mitra ceterisque sacris paramentis indutis, circumstantibus ministris, adhibendus, quod congrue de Prælatiis inferioribus intelligatur, talis esse debet :*

*Expleta in utraque solemnitate Missæ solemnæ celebratione*<sup>3</sup>,

1. En ces termes : Dominus noster Jesus Christus, etc., ou, s'il y a grande urgence, en disant seulement : Indulgentiam plenariam et remissionem omnium peccatorum tibi concedo. In nomine Patris, et Filii †, et Spiritus sancti. Amen. (Voir t. I, p. 677, 17°.)

2. Voir t. I, p. 432 ; la Bulle dans les *Decr. auth.*, p. 436.

3. Pour pouvoir donner cette bénédiction papale, l'évêque doit avoir personnellement célébré la messe pontificale, comme la Sacrée Congrégation des Rites l'a déclaré, le 23 février 1884 (in *Neapolitana*), dans la réponse suivante : *Potestne archiepiscopus his diebus, quibus ei permittitur usus pallii, absoluta missa pontificali dimittere pallium cum ceteris indumentis pontificalibus, sumere pluviale, et sic indutus impertire benedictionem*

*imprimis alta voce per ministrum superpelliceo indutum legantur Litteræ Apostolicæ, quibus Indulgentia plenaria conceditur una cum potestate benedictionem apostolicam super populum effundendi, ut de delegatione adstantibus constet, et concessio ex latino sermone in vulgarem ad populi intelligentiam translata recitetur<sup>1</sup>. Postea Episcopus surgens, juxta ritum in Cæremoniali Episcoporum expressum dicet :*

Precibus et meritis beatæ Mariæ semper Virginis, beati Michaelis Archangeli, beati Joannis Baptistæ, et sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et omnium Sanctorum :

Misereatur vestri omnipotens Deus, et dimissis omnibus peccatis vestris, perducat vos Jesus Christus ad vitam æternam.

Indulgentiam, absolutionem et remissionem omnium peccatorum vestrorum, spatium veræ et fructuosæ pœnitentiæ, cor semper pœnitens et emendationem vitæ, perseverantiam in bonis operibus tribuat vobis omnipotens et misericors Dominus.

R. Amen.

Et benedictio Dei omnipotentis, Pa † tris, et Fi † lii, et Spiritus † Sancti, descendat super vos, et maneat semper.

R. Amen.

*Demum, post impertitam benedictionem publicabitur latino et vernaculo idiomate concessio plenariæ Indulgentiæ sequenti formula :*

*papalem? — Voici la réponse de la Sacrée Congrégation : Negative, et hic usus servatus in ecclesia metropolitana est eliminandus, quia benedictio Summi Pontificis nomine impertienda dari debet, absoluta missa pontificali, a Celebrante induto iisdem paramentis, reassumptis etiam chirothecis et pallio ornato, quippe qui actionem exercet plenitudinis pontificalis dignitatis. (Decr. auth. C. S. R., III, n<sup>o</sup> 3605, ad IX).*

1. Avant tout, l'on devrait lire en latin et en langue vulgaire le rescrit pontifical, accordant à l'évêque le pouvoir de donner cette bénédiction. Mais la Sacrée Congrégation des Indulgences a déclaré plusieurs fois (le 30 juin 1840 — *Decr. auth.*, n. 282 — et le 24 juillet 1885 — cf. *Acta S. Sed.*, XVIII, 158) que, s'il y a un motif raisonnable (par exemple, pour ne pas trop prolonger l'office, ou parce que le rescrit papal a déjà été lu souvent, ou pour tout autre motif semblable), cette lecture peut être omise, et à sa place, il suffira de réciter en latin et en français la formule finale (*Attentis facultatibus*), pour faire savoir aux fidèles que la bénédiction est donnée en vertu d'une autorisation pontificale. Voir aussi *Ephemerid. liturg.*, mai 1892, 304 et 305.

Attentis facultatibus a Sanctissimo in Christo Patre et Domino nostro, Domino Pio divina providentia Papa X, in enuntiatis Apostolicis Litteris expressis, datis Reverendissimo Domino, Domino N., Dei et Apostolicæ Sedis gratia hujus sanctæ N. Ecclesiæ Antistiti, eadem Dominatio Sua Reverendissima Summi Pontificis nomine dat et concedit omnibus hic præsentibus Indulgentiam plenariam in forma Ecclesiæ consueta. Rogate igitur Deum pro felici statu Sanctissimi Domini Nostri Papæ, Dominationis Suæ Reverendissimæ et sanctæ Matris Ecclesiæ.

(En vertu des pouvoirs énoncés dans les lettres apostoliques que nous avons publiées, pouvoirs accordés par notre Très Saint Père le pape Pie X au révérendissime Seigneur N. par la grâce de Dieu et du Siège apostolique, évêque de cette sainte Eglise de N., ce révérendissime Seigneur, au nom du Souverain Pontife, donne et accorde à tous ici présents l'Indulgence plénière en la forme accoutumée dans l'Eglise. Priez donc Dieu pour la prospérité de notre Saint Père le Pape, de notre révérendissime évêque et de notre sainte Mère l'Eglise.)

30. — *Methodus indictionis præmittendæ pontificiæ benedictioni statis diebus super populum elargiendæ ritusque in ea servandus a Regularibus, quibus a Sancta Sede hujusmodi facultas indulta est vel indulgebatur<sup>1</sup>.*

EX BENEDICTI XIV EPISTOLA ENCYCLICA « EXEMPLIS PRÆDECESSORUM »  
D. D. 19 MART. 1748<sup>2</sup>.

1. *Admoneatur populus de Indulgentia a Sede Apostolica concessa, de præceptis operibus pro ea lucrificanda, de die quo visitanda est designata ecclesia, de hora denique qua dabitur*

1. « *Benedictio nomine Summi Pontificis impertiatur cum formula approbata in Litteris encyclicis ejusdem s. m. Benedicti Papæ XIV EXEMPLIS PRÆDECESSORUM, sed non nisi bis in anno, et sub conditione, quod hæc benedictio nunquam detur eodem die et in eodem loco, ubi Episcopus eam impertiat.* » — Bref du pape Léon XIII, *Quo universi*, du 7 juillet 1882 (voir aussi t. I, p. 433).

2. Voir cette Encyclique dans les *Decr. auth.*, p. 485 et suiv. — voir plus loin, n<sup>o</sup> 35, la formule pour la bénédiction papale dans le *Tiers-Ordre* de saint François d'Assise.

*pontificia benedictio. De quibus quatenus opus sit, etiam schedis impressis, et consuetis locis palam affixis, certior fiat.*

2. *Postquam statutis die et hora populus ad ecclesiam convenit, alta voce legantur Apostolicæ Litteræ, seu decreta, quibus Indulgentia conceditur, una cum potestate benedictionem apostolicam super populum effundendi, ut de delegatione audientibus constet; et concessio ex latino sermone in vulgarem accommodatum ad populi intelligentiam conversa pronuntietur<sup>1</sup>. Populus ad suorum scelerum detestationem pio brevique sermone excitetur; post quæ sacerdos, nullis circumstantibus ministris, stola et superpelliceo indutus (ut in Rituali romano præscribitur, quum agitur de benedictionibus, quæ extra Missam presbyteris permittuntur) ante altare genuflexus, sequentibus verbis Dei opem imploret:*

ÿ. Adjutorium nostrum... — R. Qui fecit...

ÿ. Salvum fac populum tuum, Domine,

R. Et benedic hæreditati tuæ.

ÿ. Dominus vobiscum, — R. Et cum spiritu tuo.

*Deinde stans sequentem recitet orationem:*

OREMUS. — *Omnipotens et misericors Deus, da nobis auxilium de Sancto, et vota populi hujus in humilitate cordis tuum peccatorum poscentis, tuamque benedictionem præstantis et gratiam, clementer exaudi: dexteram tuam super eum benignus extende, ac plenitudinem divinæ benedictionis effunde, qua bonis omnibus cumulatus, felicitatem et vitam consequatur æternam. Per Christum Dominum nostrum. — R. Amen.*

3. *Postquam ad cornu Epistolæ accedat (ut in actis Ecclesiæ Mediolanensis, parte 4: Benedicet in ecclesia, ad altare, stans in cornu Epistolæ) et stans in cornu Epistolæ, non trina, hoc est, triplici signo crucis, sed una benedictione, unico videlicet signo crucis, benedicat, proferens alta voce hæc verba:*

Benedicat vos omnipotens Deus, Pater †, et Filius, et Spiritus Sanctus. — R. Amen<sup>2</sup>.

1. Voir la note 1 de la page [50].

2. Au sujet du pouvoir accordé parfois à de simples prêtres séculiers ou réguliers de donner la bénédiction papale, et sur le rite à employer, voir t. I, p. 435.

REMARQUES SUR LES FORMULES DES DEUX NUMÉROS SUIVANTS, 31 et 32.

1. *In absolutione generali pro Regularibus cujuscumque Ordinis atque in benedictione cum indulgentia plenaria pro Tertiariis sæcularibus adhibeantur omnino duæ insequentibus formulæ... abrogatis penitus et suppressis quibuscumque aliis formulis hucusque usitatis.* (Bref de Léon XIII, Quo universi, du 7 juillet 1882.) Les deux formules ici prescrites sont celles que nous donnons aux nos 31 et 32 (voir tome I, p. 664).

2. Le titre de ces deux formules, nos. 31 et 32, indique que la première doit être employée pour des religieux proprement dits, qu'ils soient du premier, du second ou même du tiers-ordre régulier (voir tome I, pp. 387 et 388).

La deuxième formule (n. 32) est réservée aux membres du tiers-ordre vivant dans le monde et encore à tous ceux (par exemple, congrégations religieuses ou membres de certaines confréries) qui, par faveur spéciale du Saint-Siège, ont obtenu soit en général la participation aux privilèges et aux grâces des tertiaires séculiers, ou des religieux, soit en particulier la bénédiction avec Indulgence plénière (appelée autrefois absolution générale; voir, par exemple, tome II, p. 395).

D'après une décision de la Sacrée Congrégation des Indulgences, du 19 décembre 1885, cette seconde formule doit être employée même pour les récentes Congrégations à vœux simples (supposé qu'elles aient un droit quelconque à cette bénédiction), parce qu'elles ne comptent point parmi les Ordres religieux proprement dits (*Acta S. Sed.*, XVIII, 413; cf. *Nouvelle Revue théol.*, XVIII, 260).

Comme récemment, par décret de la dite Congrégation du 18 août 1903, la communication des Indulgences avec le premier et second Ordre relatif a été accordée aux Tertiaires vivant en communauté avec des vœux simples, la même Congrégation en réponse à une demande, a déclaré, le 11 nov. 1903, que dorénavant l'absolution générale leur doit être donnée par la première (n° 31) de ces deux formules (*Nouv. revue théol.* janv. 1904, 36). — En conséquence, la décision précédente du 19 déc. 1885 ne saurait encore être appliquée que pour les Congrégations à vœux simples dont les membres ne sont pas Tertiaires.

3. Par un rescrit de la Sacrée Congrégation des Indulgences, du 21 mai 1892, le pape Léon XIII a permis que toutes les religieuses de l'Ordre franciscain qui vivent en clôture (moniales), — lorsque, par la maladie, elles sont empêchées de se rendre au chœur ou au confessionnal aux jours de fête auxquels, d'après les privilèges de l'Ordre, l'absolution générale a coutume de leur être donnée — puissent la recevoir un jour dans l'octave, quand leur confesseur entre dans la

clôture pour entendre la confession des sœurs malades (*Acta Ord. Min.*, juin 1892, p. 101).

En vertu d'un rescrit postérieur de la même Sacrée Congrégation (26 août 1895), cette absolution générale peut, dans l'*Ordre Franciscain*, être donnée par le Supérieur dès la veille de la fête aux religieux réunis (*Acta Ord. Min.*, septembre 1895, p. 172).

4. Celui qui est (religieux ou) tertiaire et qui donne publiquement (par exemple dans l'église d'un couvent) l'absolution générale ou la bénédiction papale, la gagne lui aussi par le fait même (et, respectivement, l'Indulgence plénière). — A une question sur ce point, la Sacrée Congrégation des Indulgences a répondu affirmativement, et la réponse a été confirmée et approuvée par le Souverain Pontife, le 18 juin 1876.

La supplique s'exprimait ainsi à ce sujet : *Ut sacerdos a Superiore vel ab Ordinario pro Monialibus respective subjectis facultatem habens, dum publice absolutionem generalem vel papalem benedictionem impertitur, si frater Minor vel Tertiarius sit, eo ipso quo ceteris impertitur, omnes adneceas gratias ipse quoque consequatur* (*Nouvelle revue théol.*, XV, 562, et XXIII, 227).

5. Les religieuses qui sont tertiaires d'un Ordre religieux et dépendent de la juridiction épiscopale, reçoivent l'absolution générale et la bénédiction papale, lorsqu'elles y ont droit, généralement par le confesseur que l'évêque a nommé pour elles (rescrit de la Sacrée Congrégation des Indulgences du 11 février 1903); cependant l'évêque peut aussi, comme bon lui semble, nommer pour cela un autre prêtre, qui ne soit pas approuvé pour les confessions de religieuses. — Ainsi en a décidé la même Sacrée Congrégation des Indulgences sur une demande ultérieure par son rescrit du 27 mai 1903. (*Acta S. Sed.* XXXV, 704.)

### 31. — Formula absolutionis generalis pro Regularibus cujuscumque Ordinis hoc privilegio fruentibus.

*Ant.* Ne reminiscaris, Domine, delicta nostra, vel parentum nostrorum; neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleison. *ÿ.* Pater noster.

*ÿ.* Et ne nos inducas in tentationem,

*℞.* Sed libera nos a malo.

*ÿ.* Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam,

*℞.* Et salutare tuum da nobis.

*ÿ.* Domine, exaudi orationem meam,

*℞.* Et clamor meus ad te veniat.

*ÿ.* Dominus vobiscum,

*℞.* Et cum spiritu tuo.

*OREMUS.* — Deus, cui proprium est misereri semper et parcere: suscipe deprecationem nostram, ut nos, et omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absolvat.

Exaudi, quæsumus Domine, supplicum preces, et confitentium tibi parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus et pacem.

Ineffabilem nobis, Domine, misericordiam tuam clementer ostende: ut simul nos et a peccatis omnibus exuas, et a pœnis, quas pro his meremur, eripias.

Deus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice; et flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

*Completis precibus, ab uno ex adstantibus dicitur Confiteor, addito nomine proprii Fundatoris. Deinde sacerdos dicit:*

Misereatur vestri... Indulgentiam, absolutionem...

*Postea subjungit:*

Dominus noster Jesus Christus per merita suæ sacratissimæ passionis vos absolvat, et gratiam suam vobis infundat. Et ego, auctoritate ipsius, et beatorum Apostolorum Petri et Pauli, et Summorum Pontificum Ordini nostro ac vobis concessa et mihi in hac parte commissa, absolvo vos ab omni vinculo excommunicationis majoris vel minoris, suspensionis et interdicti, si quod forte incurristis, et restituo vos unioni et participationi fidelium, necnon sacrosanctis Ecclesiæ Sacramentis. Item eadem auctoritate absolvo vos ab omni transgressione votorum et regulæ, constitutionum, ordinationum et admonitionum majorum nostrorum, ab omnibus pœnitentiis oblitis, seu etiam neglectis, concedens vobis remissionem et indulgentiam<sup>1</sup> omnium peccatorum, quibus contra Deum et proximum fragilitate humana, ignorantia, vel malitia deliquistis, ac de quibus jam confessi estis: In nomine Patris †, et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

1. C'est par erreur que les mots *et indulgentiam* ont été omis dans la dernière édition des Décrets authentiques de la Sacrée Congrégation des Rites (III, n. 3350, p. 130); car ils se trouvent et dans le Rituel romain et dans les *Decr. auth. S. C. Indulg.*, p. 413.

32. — **Formula benedictionis cum Indulgentia plenaria pro Tertiariis sæcularibus ceterisque omnibus communicationem privilegiorum et gratiarum cum iisdem vel cum Regularibus cujuscumque Ordinis habentibus.**

*Ant.* Intret oratio mea in conspectu tuo, Domine; inclina aurem tuam ad preces nostras; parce, Domine, parce populo tuo, quem redemisti Sanguine tuo pretioso, ne in æternum irascaris nobis.

Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleison. Pater noster.

Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem,

℞. Sed libera nos a malo.

Ÿ. Salvos fac servos tuos,

℞. Deus meus, sperantes in te.

Ÿ. Mitte eis, Domine, auxilium de Sancto,

℞. Et de Sion tuere eos.

Ÿ. Esto eis, Domine, turris fortitudinis,

℞. A facie inimici.

Ÿ. Nihil proficiat inimicus in nobis,

℞. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

Ÿ. Domine, exaudi orationem meam,

℞. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dominus vobiscum, — ℞. Et cum spiritu tuo.

**OREMUS.** — Deus, cui proprium est misereri semper et parcere: suscipe deprecationem nostram, ut nos, et omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absolvat.

Exaudi, quæsumus Domine, supplicum preces, et confitentium tibi parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus et pacem.

Ineffabilem nobis, Domine, misericordiam tuam clementer ostende: ut simul nos et a peccatis omnibus exuas, et a pœnis, quas pro his meremur, eripias.

Deus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice; et flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

*Dicto deinde: Confiteor... Misereatur... Indulgentiam... sacerdos prosequitur:*

Dominus noster Jesus Christus, qui beato Petro Apostolo dedit potestatem ligandi atque solvendi, ille vos absolvat ab omni vinculo delictorum, ut habeatis vitam æternam, et vivatis in sæcula sæculorum. Amen.

Per sacratissimam passionem et mortem Domini nostri Jesu Christi, precibus et meritis beatissimæ semper Virginis Mariæ, beatorum Apostolorum Petri et Pauli, beati Patris nostri N. et omnium sanctorum, auctoritate a Summis Pontificibus mihi concessa, plenariam Indulgentiam omnium peccatorum vestrorum vobis impertior. In nomine Patris, et Filii, † et Spiritus sancti. Amen.

*Si hæc Indulgentia immediate post sacramentalem absolutionem impertiat, reliquis omissis, sacerdos absolute incipiat a verbis: Dominus noster Jesus Christus..., et ita prosequatur usque ad finem, plurali tantum numero in singularem immutato.*

(D'après le cérémonial approuvé du tiers-ordre de Saint-François, quand les circonstances empêchent le prêtre de réciter en entier la formule même abrégée, par exemple, un jour de grande affluence de fidèles, il peut omettre tout le reste et dire: *Auctoritate a Summis Pontificibus mihi concessa, plenariam omnium peccatorum tuorum Indulgentiam tibi impertior. In nomine Patris † et Filii et Spiritus Sancti. Amen.*)